

# DIOTISMOS L. ROMANÆ,

In Textu Sacro Testamenti Novi  
se offerentes;

Cum Consensu Ampliss. Facult. Philos.

In. Illustri Aboënsium Academiâ,

SUB PRÆSIDIO,

Admodum Reverendi, Celeberrimiq;

DN. M. DAVIDIS LUNDI

Lirgv. Sacrar. Profess. Ordinarii Regii,

& Collegii Philosoph. p. t. Decani  
spectabilis,

Pro Honoribus Magisterii

PHILOLOGICA DISSERTATIONE.

Φιλολογίαν κείσαι modestè submitit

GEORGIUS HELSINGIUS, Wib.

In Audit. Max. ad d. 16. Noð. M. DC. XCIV.

---

Impr. apud Jo. Wallium.

# ДІОГЕН АМАНІЯ . Л

Текст зі збірника Тифлісського  
Ліцею. Офіційна

Календар Арабського

Імператорської Академії

Санкт-Петербурзької

Медіцинської Академії

Імператорської Академії

Історичного та Географічного

Інституту

Імператорського Університету

Імператорського Університету

Імператорського Університету



# LECTURO BENIVOLO

S.



VEU ταρσούμις καὶ παντῶν γενῶν  
ipſā protinus ut aggrediar,  
spadet ſtudium brevitatis.  
Si tamen pauca prefatus  
fuero, non exiftim in fa-  
vorem tuum, L. Benivolo,  
me peccaturum. Dispicien-  
tem de commodo, quod diſſertatione eligerent  
argumento, inſtructiſſimum variarum rerum  
adparatu Φιλολογίας Φυλακῆρον adire vel  
invitum voluifet injuncti munera ratio, niſi  
utilitas, quam ſinu ſuō complectitur, aurem  
inſuper & animum vellicaffer. Itaque de ce-  
ceris quoque Idiotismis in Novo Fædere occu-  
renteibus primâ cogitatione atturo, hoc ſolum-  
modo, quod nunc oculis Tuis curiosis ſubſicio,  
in publicam lucem mittere viſum eſt, ne can-

A

ceto.

cellos fori mei homo amus adhuc transi-  
livem; preterquam enim quod sic viserem in  
magnam molem ipsum opus evasurum, & illud  
sensi judicium subactius requirere, quam quod  
de me unquam polliceri queam. Sed ne sic  
quidem executus sum, que dici oportebat; quin  
mulea faceor, defunis, quae dici poterant. Quod  
non mireris, si cogitaveris: Alium alio inve-  
nire plura, newinem omnia: huic memoriam,  
ille fortunam, alii judicium relubari. Tuum  
est, conatus meos dextrè interpretari, mibi-  
que ignoscere, si minus graphicè depictum, mi-  
nusque disertè explicitum sit meum Exercitia-  
num. Quod si obtinuero, superciliosos illos, qui  
sua laudare, aliena autem veruto confodere  
gesiunt, laudabili superbìâ, ut non nemo loqui  
amat, concepmo, contentus Gloriæ DEI O. M. me  
meaque consecrabo. Vale.

I.N.J.

## §. I.

**S**tylum Novi Testamenti voci-  
bus phrasibusq; ex oriente si-  
mul & occidente petitis, adeoq;  
si ad scripta respexeris merè  
Græcorum, peregrinis planè refertum  
esse, nemini non liquere potest, qvī  
vel primoribus, ut ajunt, labris hanc  
lingvam gustavit: Etenim qvoniam  
Scriptores heic Θεοπνευστοι fuere Ebræi,  
qvi, si quid Græcè vel scribendum vel  
dicendum esset, tum ad genium verna-  
culæ lingvæ id aptabant, tum lingvâ  
qvoqvæ utebantur græca tunc tempo-  
ris aliquid de suâ antiqui lepôris savita-  
te perdidisse visâ; non potest non tota di-  
ctionis indeoles ab ea, qvæ in profanis  
Auctoribus occurrit, græcitatem multum  
differre.

## § II.

**R**ectè quidem hæc ita dicuntur, sed  
inventi tamen sunt; qvi textum sa-  
crum purè græcum, (puritatein puta,

qui opponitur mixtione lingvarum.) nec  
a stylo græco profano, ullo modo a-  
lienum, superciliosus nescio quo confirma-  
re ausi sunt, adductis exemplis profa-  
nis, fateor interdum similibus, verum  
admodum paucis, quæ vel per accidens  
sacris coincidunt locutionibus, vel a  
Poëtis, quibus magna quidlibet audi-  
di potestas, petita sunt. Inter hos Seba-  
stianus Pfochenius, ut confirmatū daret  
auctores profanos πολιτείας λέξιν ita suis-  
se locutos, ac scriptores Novi Test. cen-  
tum ni fallor, voculas ē perreptatis scri-  
ptorum profanorum monumentis eruit  
sparsim in sua Diatribe de Lingvæ Gr.  
N. T. puritate. Cæterum juveniliter  
exultantis frænum fuit præsentia sum-  
morum virorum Gatakeri videlicet &  
Vorstii. Qvot enim illi monstrant He-  
braismos, qui ejus oculos voluntariè  
fugiebant? quot etiam ab illo allata  
exempla utroque claudicantia pede cul-  
pant, incomptis que allinunt atrum trans-  
verso calamo signum. Cujus rei plurima  
argumenta possent proferri, nisi du-  
dum

dum probatum esset, eum nil nisi defectum judicij & delectus in congerendis exemplis prostituisse.

### § III.

**Q**vamvis itaqve nihil in Novo fædere continetur, qvod Græcis non sit literis originaliter expressum; (nec enim, postquam jam paries ille integerinus, quo Gentes à Judæis secludebantur, esset ruptus, ulla alia tunc temporis, non Judæis modo, sed & a iis nationibns magis familiari, vel talitem facile interpretabili lingua potuit scribi Evangelium, quam Græcâ, utpote quæ per victorias Alexandri Magni fuit nullibi non ferè plantata) adeoque textus ipse maximam partem pure fit Græcus, & eam sapiat savitatem ex variis dialectis, præcipue vero melliflua illa Atticorum eloquentiâ ortam, cuius nec nitidissimos puderet scriptores; Conjunctio tamen & phrasis, ut ab Ebræis hominibus, ita non modò Ebræa plurimū agnoscitur, sed & Idiotico & simplici quodam gaudet

di-

dicendi charactere, qui tantum abest, ut stylum sacrum deprimat, ut vel maximis eloquentiae speciminibus aequaliter, ac de conspicuâ sinceritate, nativâ minimeque affectuâ vi, admirabiliter denique, & quam nulla artis lenonicia attingunt, competentiam testetur. Verba sunt D. Olearii ex Bœcleri dissertatione de Lingva N. T. originali §. 19 delumpta.

#### §. IV.

Spectatur autem hic Idioticismus partim in usu vetustissimorum vocabulorum, quæ in N. Testamento passim sunt obvia, & à Phrynico ac Thomâ Magistro, non nisi merè attica & elegantia sectantibus notâ censoriâ compuncta, partim etiam in mixtura illa Lingvarum, quâ non sine singulari Dei providentiâ inspersi sunt Novo Test. Chaldæo-Syriasmi, Rabbinismi, Persismi, & etiam Latinismi. De quibus singulis agere quantumvis operæ pretium: mihi tamen, cui brevitati litare animus est, nimis foret prolixum. Periculum etiam est, ne humeri his oneribus

ribus insueti, huic moli impares suc-  
cumberent, & multitudine penitus obru-  
erentur. Itaque velis per tempus con-  
tractis priores illos Idiotismos nomi-  
nasse contentus, Latinismos solummodo  
pro ingenii modulo sub examen adcu-  
ratum vocabo.

§. V.

**N**on equidem ignoro, me potuisse  
nâdem viâ hos Latinismos Dialecti  
nomine insignire, quâ Wyssius in Dia-  
lectologia sua Sacra Dialectum inter re-  
liquas in Novo fœdere facit quoque E-  
braizantem, ubi sacrum contextum ab  
Amanuensibus Spiritus Sancti Septenâ  
Dialectorum Varietate, Attica, nimi uin,  
Jonica, Æolicâ, Doricâ, Bœoticâ & τη  
ιβεριζον ornatum esse ostendit, qua-  
rum qvinque priores vocar Principales,  
reliquas minus principales, qvod nul-  
lam haberent cum illis affinitatem, qua-  
propter tamen haud immerito repre-  
hensionem incurrit Eruditissimi Vor-  
stii in fine Cap. I. Phil. f. Verum cum

Dige

**D**ialectus à Grammaticis definiatur,  
λέξις ἴδιος χαρακτῆρα τόπῳ εὐφάνσῃ, a-  
deoq̄ sit unius ejusdemque linguae pe-  
culiare Idioma, quod diversis regioni-  
bus ac provinciis communiter unā lin-  
gvâ utentibus proprium est. in quo sen-  
su explicatur Act: 1. 19. Ubi aperte  
vocem τὴν διαλέκτην illustrat Adjecti-  
vum additum ἴδιος, nempe quod Jeru-  
salemitæ peculiari Idiomate & à Galil-  
æis diverso uterentur, qvamvis unam  
eandemque habuerint lingvam; Ignor-  
scatur itaque mihi velim, si proprio  
eos nomine, *Idiotismorum* videlicet  
appellem.

### §. VI.

**E**st autem, ut Definitionem à Danha-  
vero in Hermeneutica sacrâ olim  
adhibitam heic retineam, *Idiotismus* ali-  
cujas lingue proprietas, que illi omni, soli ac  
semper competit. Quæ illi omni, quæ apud  
omnes ejus lingvæ Scriptores inveni-  
tur. Quæ soli, non tantum exclusivè,  
sed & ἐξοχικῶς seu primitivè. Quæ  
semper scil. non ex casu illi competit.

E.g.

E.g. χρῆσις ἔχω Lingvæ Græcæ est idiotismus ἔξοχικῶς, non ex casu, sed semper; sed *Opus habeo*, non est idiotismus L. Latinæ, qvia non reperitur apud omnes scriptores Romancos nec originem suam ut primitivè habet ex hac lingvâ, sed ex casu aliquo hanc phrasin usurpavit argenteæ ætatis scriptor Columella, dum *ut graminibus, inquit, ita frugibus roburneis opus habent.* Nec enim à vero me aberrasse existimaverim, si dixerò latinos non minus hanc atq; alias phraseis perplurimas à Græcis mutuo sumpsisse. Lingva enim Latina ut aliquid à Noachidis in Italiam olim appellentibus traxit, ita illam plurimum debere Græcis, qvorum postea coloniæ maritima Italizæ infedere, testis est Fabius, qvi dicit: *Maximè ex parte Romanus sermo ex Græco conversus est.* Qvicquid sit, contingere sœpè solet, ut qvædam pluribus lingvis sint communia, qvæ tamen idcirco propria Vernaculæ Lingvæ esse non desinunt. Græcismi non pauci Latinis & Græcis scriptoribus commu-

nes sunt, & tamen Græcismi esse non  
desinunt. Græcismi sunt & manent;  
etsi aliæ Lingvæ iis analogon qvid ha-  
beant vel agnoscant. Qvo ipso, modò  
applicatio fiat ad Hebraismos, Hypo-  
thesis Pfocheniana superius in §. 2. ad-  
lata non parum infringitur.

## §. VII.

Verum quomodo Idiotismi L. Roma-  
næ in stylum N. Testamenti perve-  
nerint, nunc paucis examinabimus.  
Nec movebit quempiam, quod in para-  
grapho præcedente diximus, Romanum  
sermonem maximâ ex parte ex Græco fluxisse.  
Nam si Lingua Latina multa habet ex  
Græco mutuata: quid mirum, si Græ-  
cismus vicissim postea sunt Herode M.  
peregrinis Romanorum moribus in Ju-  
dæam introductis, multas simul & voces  
& phrases Latinas attraxerit. Ex quo  
deinde Latinismi non pauci in Græcum  
N.T. Idioma dimanarunt. D. Olearius  
in peculiari Dissertatione de stylo N.

Te-

Testamenti redditurus rationem συγχύ-  
ens textus Sacri Lingvarum, adcribit  
illam partim Lingvæ turn Judæis verna-  
culæ, qvæ certè non purè Ebræa, sed  
uti alias fieri solet in vulgari sermone,  
variis lingvis ab Exterorum sive im-  
perio sive commercio temperata; partim  
Idiomati Macedonum Græco, Φιλέλληνων  
eo ævo Judæis perqvam familiari. De-  
inde Salmasium introducit ita loquen-  
tem: Lingua Græca eo tempore quo Novum  
editum est Testamentum, totidem fere idio-  
mata, i.e. Idiotarum differentes λαδιαι fur-  
erunt, quæ populi vel civitates vel insulae  
in Asia. Græci quidem sermonis γενούνται  
per ea tempora καρκίνη fuit, quod plurimæ  
quæ voces quæphrases ex Latio admixtas ha-  
beret, ob Romanorum universalem domina-  
tionem. Ceterum quod attinet ad cujusque  
nationis peculiarem dialectum, cuius propri-  
etas in vocibus singulis cernitur, unicuique  
populo vel civitati sua fuit alia quædam vici-  
norum. Sic Græcorum in Syna consistentium  
aliud existit idioma. Nam & preter Roma-  
nas voces ac Phrases etiam non paucas à  
Syris

Syris mutuas acceperat. Aliud Cilicum. Et.  
Item alibi: Ex qua Graecismus in Syriâ per  
Macedones propagatus est, Judæi, qui à tene-  
ris utramque lingvam addiscebant, vernacu-  
lam Syriacam & Græcam, alteram alterâ  
miscebant, & phrases syriacas verbis Græcis  
in loquendo enunciabant, & verba Græca  
adformam Ebraicorum plerumque singebant,  
quod & bodiè facere Judeos Germanos, com-  
pertum est. Nusquam puro Germanico sermo-  
ne utuntur, sed passim voces Ebraicas immi-  
scunt, ut vicissim Germanicus inferunt Ebrai-  
cas inter scribendum. Nec secus de Italib  
Judeis & Lusitanis. Nihil etiam cause est,  
cur cogitemus aliud fuisse in Judæis Græcis,  
quales erant tunc non solum in mediâ Græcia  
nati, sed & in Syriâ Palæstina, quæ illo tem-  
pore propter diuturnum Macedonum imperi-  
um tota græcissabat. Διγλωττοι cum fuere  
Syri, Græcè & syriacè loquebantur. Sub Ro-  
manis porrò capere esse τεγλωττοι, & Ro-  
manam duabus illis predictis adjunxere lin-  
gvam. Sic nullam puram usurpabant, sed o-  
mnes mixtas. Hæc ille. Quæ utut prolixiora,  
digna tamen quæ legantur, non pi-  
gratus sum exscribere.

§. VIII.

## §. VIII.

Sed ut innoteſcat, cui viæ pro ratione  
Spræſertim nostri instituti tuto ſit in-  
ſtendum, ipsam adhuc rem altius re-  
petamus. Communis eſt ſententia, fi-  
mul cum mutationibus imperiorum  
lingvas quoque ſuas agnoscere vicifſitu-  
dines. Non itaque poſtumus non ad  
hōſce Idiotiſmos accelerandos, cauſas  
concurrentes, *bella* nempe, *commercii*,  
*conjugia*, *migrationes* *converſationesque* huic  
loco accommodare; Et qvoniā plerique  
primum tribuunt locum bellis diu-  
turnis & victoriis, tanq̄am iis ex qvibus  
reliq̄væ cauſæ oriuntur, nos etiam eo-  
rum veſtigia preſſe ſeq̄vamur.

## §. IX.

**M**onarchia Græca post obitum Ale-  
xandri M. primo in ἀεισοράταια, deinde etiam in πλοκάταια degenerante, Græciam multis bellis petitam  
fuiffe ex Annalibus cognoscimus. Sed  
post duo Punica bella, Carthaginisque  
portas obſidione quassas Res Romana  
ita

ita se efferre cæpit, ut certatim se ad-  
dixerint gentes obseqvio populi R. ac  
si necessitas imperasset Romanis non  
aliis esse porro parendum; nam *post Car-*  
*rthaginem pietam Vinci neminem puduit*, teste  
Floro lib. 2. c. 7. Idcirco Africam quo-  
dam quasi æstu fortunæ lecutæ sunt  
Macedonia, Græcia, Syria &c. Sed pri-  
mi omnium Macedones. Qvibus ta-  
men liberis esse licuit, Perseo Philippi  
secundi Macedonici filio ab Æmilio Pau-  
lo Prætore victo, qvamdiu dimidium  
tributi, qvod Regibus ferre soliti erant,  
Populo Romano pendebant. Duravit  
autem hæc libertas usqve dum Perseo  
defuncto Andriſcus qvidam Persei se-  
filiū fingens & mutato nomine Phi-  
lippus vocatus, multis ad falsam ejus  
fabulam velut ad veram coēuntibus con-  
tracto exercitu, Macedonia aut vo-  
luntate incolentium aut armis occupa-  
vit. Tunc enim hoc *heude* Philippo  
a Q. Cæcilio, qui ex illa victoria Ma-  
cedonicus vocatus est, victo, redacta  
est primum Macedonia in provinciam;

Et ex eo tempore adeo crevit Res Ro-  
mana, ut & vaticinium Prophetæ Da-  
nielis de quarta Monarchia expleret, &  
Romanos everlo Regno Macedonico  
*πάντα τὴν οἰκουμένην ἐαυτοῖς ὑπῆκοον* fecisse  
recte testetur Polybius in lib. suo 3. Scili-  
cet mox Corinthus Achajæ caput Mace-  
doniæ ruinam excepit, post Numantia.  
Athenas vero foedere cum Romanis ini-  
to antea confirmatas, Philippo Demetrii  
filio immihente, à Mithridate interce-  
ptas recuperavit Sylla, sed liberæ ta-  
men civili inter Julium & Pompejum  
bello orto, Pompejo se iuxxere, qvō  
devicto, Julio *ἀπεστίαν* condonanti se  
dedidere, illo vero percusso, Brutum  
& Cassium secutæ, iisque sublatis post-  
qvam ad Antonium transfière, ab Augu-  
sto tandem ob seditionem toties ausam  
eo redactæ sunt, tit Ovidius Augusti  
ævo nil præter nomen ( quis crederet )  
Athenarum superesse dixerit hoc versu-

*Quid Pandionie restant, nisi nomen, A-*  
*thenæ?*  
Non igitur dubium, qvin victoriae, victis  
Græ-

Græcis loquendi leges imperari<sup>n</sup>, cum specimen dominationis in eo sit posatum, ut apud gentes sibi subiectas lingua populi dominantis dominetur. In Svetonio, Valerio Maximo & aliis Exempla passim obvia habebis. Quidam autem Prætori jus latine dicenti necessitas obtemperare cogebat; Hinc veritatis quam maximè est consentaneum, sententiis Lingua Romana ut plurimum latis, tarraginem vocum forensium, quæ sermoni Græco & Syriaco reperiuntur inspersæ, in sacrum quoque Novi Test. contextum irrepsisse. Videatur de hac re Casaubonus in Exercitationibus suis AntiBaronianis.

§. X.

Atque sic levi, quod dici solet, brachio tactis Natura Causisque Idiotismorum Linguae Rom: perleqvamus jam ipsos Idiotismos, quorum partim ex aliis collecti sunt, partim nobismet ipsis in legendis libris Apostolorum sele obtulerunt. Sed & hoc monendum erit, nos temporis redimendi ergo No-

Nomina propria hic omisisse, qvorum  
 οὐμα cum nobis satis studiose in vesti-  
 gata dederit Pasor ad calcem Lexici  
 Græci N. T. qvo relegandus Lector,  
 nos heic actum non agamus. Adse-  
 remus itaqve primum sylvulam vocum  
 singularum, ordinemque κατὰ συγχέσιον ob-  
 servabimus.

*Ασσερίον* Math. 10. 29. Luc. 12. 6. Mone-  
 tæ genus continens dimidium assis. Est  
 vocabulū Origine Latinum, formatione  
 vero Græcum; venit enim à Latino As,  
 & qvoniam videtur diminutivi speciem  
 præ se ferre, hinc formationem à Græ-  
 cis mutuasse certum est. Nam vel  
 pueri sciunt diminutiva græca exire in  
 ior. Qvod autem Hesychius dicit *Ασ-*  
*σσερίον* quoad valorem idem esse qvod  
 τὸ λευκόν cuius mentio fit Mar. 12. 42.  
 Lu. 12. 59. non videtur à vero abso-  
 num dixisse, qvod vel circa explicatio-  
 nem vocis κατερίνης facile patebit. De  
 cætero sumitur *Ασσερίον* supra citatis  
 locis proverbialiter pro re vilissima,  
 qvemadmodum apud Latinos *homo se-*  
 missis

missis scilicet ad nullam rem utilis. Cic.  
l. 5. ep. 6 tam,

*Δενάριον* Matth. 20. itidem Monetæ genus. Est adjectivum subintellecto substantivo νόμισμα per Ellipsin, sicuti in denario Latinorum subauditur Nummus. Valorem eruditorum judiciis relinquo. Hoc tamen addo, denarium & δεκαχυντὸν in historiis veterum tantundem valere. Altera Romana est appellatio, altera Græca. Hinc teste Plinio, Denarius ferè drachmæ Atticæ pondus est.

*Καισαρεὶς* & inde urbs *Καισαρεῖα* Matth. 22. 17. Act. 9. 30. vocabula esse latina, Cæsarū Romanorū in Græcos æqve ac Syros imperiū infallibiliter ostendit. Verum utrum sic dictus sit primus Monarcha, vel à cæso matris utero, vel à Cæsarie, vel à cæsis oculis, non est quod multam operam in rem tam obscuram eamq; non necessariam conferam. *Dementia enim est, superba cua discere in tanta temperis egestate.* Sen. epist. 48.

κεντρίων Marc. 15. 39. qui alias apud Luc. vocatur ἐκαλύτραξ, & ita passim apud profanos. Potuisset & Marcus hoc loco usurpare Vocabulum τὸς ἐκαλύτραπχος, verum quoniam nomen illud *Centurionis* apud Judæos etiam perulgatum erat, utique & illud græco sermoni inservit. Interim quin Latinum sit hoc vocabulum, nemo forte contradixerit.

κῆρυξ, Census Matth. 17. 25. Itcm 22. 17. Marc. 12. 14. Est vox Latina, & sumitur *tum* pro ipso actu *Censendi*, nempe bonorum æstimatione, *tum* pro tabulâ, in quâ æstimatio scribebatur, unde formulæ loquendi, *in Censum deducere*, *in Censum deferre*; *tum* denique pro ipso tributo ut in loc. supra cit. Qvod autem Hesychius per vult scribi hoc vocab. cum significat πὸ τέλους vel etiam φόρος, non nisi nugas agit, Nam & apud Græcos jure Consultos sunt ὁμόκηποι, qui eodem tributo censi sunt. Sed nec Svidam audimus ita ineptientem: κῆρυξ τὸν φύσικον ἐτέλους τέλος, τῷδε τὸς καιρῶν, τὸν

κοπή. Non enim semel erravit. Nunquam cusus est Numinis, qui κῆνσ@ vo-  
catur. Aliud etiam est καίω, aliud κό-  
πη. Denique jubet analogia Gram-  
matica, τὸ κῆνσ@ ut scribatur cum  
subscripto, si originem duceret ex καίω.

*Kodēpiñs* Qvadrans Matth. 5. 26. &  
Mar. 12. 42. ubi Marcus vocem explicat  
per ἐύο λεπῆ. Vox origine Latina signi-  
ficans quartam partem assis. Sed qvare  
heic tam accurate non sit observatum  
illud V post x loco τὸ Q. Lat. ut in No-  
mine proprio κέαρ@ Rom. 16. 23. ra-  
tionem dabit Scaliger de causis Lat. L.  
C. 10. qvo Lectorem remittimus.

*Κολώνια* Act. 16. 12. Græcis ἀποκία,  
cujus correlatum est μετρόπολις. Lat-  
inam hanc vocem intelligunt omnes  
ut ut scrupulum injicere poterit, quod  
κολωνὸς & κολωνὴ Hesychio itidemque  
Svidæ non solum sit τόπ@ οὐψηλὸς, prout  
revera apud tantum non omnes signi-  
ficat, sed & πόλις μετρόπολη. Unde κολωνας  
τὴς πόλεις τῆς Τροίας fuisse, dicit idem  
Hesych. Qvicquid sit, vel hinc patet,  
Ro.

Romanam Monarchiam vocabula sua  
in alias qvoque gentes, qvibus impe-  
ritavit, invexisse.

Κλαχία Matth. 27. 65. Gr. Φυλαχή  
per Metonymiam pro Φυλαχήρες. Ipla res  
loquitur Vocabulum esse Latinum.

Λεγάνη Matth. 26. 53, Mar. 5. 9. Luc. 8. 30.  
Hesychio auctore agmen est militare  
constans sexiesmille, sexcentis, sexagin-  
ta sex. Etymol. deducit hoc vocabu-  
lum ex λέγω significante συλλέγω, ideo-  
que exponit per σέρφη τὸ ἐκλεκτὸν, qua  
de re vid. Steph. Thes. Verum mihi  
non dubium Græcos Legionum Roma-  
narum & nomen & vires agnovisse.  
Quin & revera ex Latio qvæsivit hoc  
Diabolus, ut monstraret hominem vere  
â se esse obsecrum. Inter signa obsec-  
onis quæ recensentur Vid. Koenigium  
in Art. de Ang. Malis.

λέντιον Joh. 13. 4. Gr. ὁ θόνη vel ὁ θάνιον,  
πὸ λινῆν ὑφασμα. Est Linteum vel Lineum  
Adj. Lat. Substantivè posatum subin-  
tellesto Cingulo. A nomine Linum  
quod itidem Gr. λίνον vocatur, quod

tamen utrum magis sit originarium Latino, nondum perorata est Lis. Verum quin  $\lambdaένιον$  sit ex Latino mutuatum, eō minus dubito, qvo apud Græcos veteriores nunquam occurrit. Mirè itaq; illudit Etymol. teste Stephano in Etymo huius vocis quærendo, dum  $\omega\delta\chi\tau\gamma$   $\lambdaένιον$  derivat, qvod sit  $\kappaαθάρεων$ , ac per syncopen dictum vult quasi  $\lambdaένιον$ . Quid est, sic non hoc,  $\Phiλυαρεῖ?$

**Liberum** Act. 6.9. Est nomen origine vera Latinum. Erat Libertinus, non qui manu mittebatur, sed ingenuus ex eo procreatus, qvi Græcis dicitur  $\alphaπελευθερωτός$ . Vid. Minelli Observat. circa vocem **Liberti** in Terent. Andr. Act. 1, Sc. 1. ubi discriminis instituit, inter **Liberum**, **Libertum** & **Libertinum**. Sed Loco supra citato aliud vult hoc Vocab. Mentio enim ibi fit Synagogæ, qvæ Libertinorum vocabatur, qui & quales illi fuere, varii variè sentiunt. Nos breviter ponimus Synagogam hanc neq; à loco, unde homines commigrarunt, neque à Synagogæ ejus Doctoribus  
mag.

manumissis denominatam esse, sed potius ab eo, qui primus Synagogam aperuit, qui fortasse Romanus fuit Libertinus, isque proselytus.

Μάκελλον 1. Cor. 10. 25. Vocabulum Latinum, sed græcâ formâ usurpatum. Gr. ἀψιστόλιον. Sic enim Suidas in Αὐγύστῳ: τῷ ὀκτωβρίᾳ μηνὸς ἔχορευον ἐν τῷ Αὐγύστειῳ οἴοντες ἐν ὀψισταλίᾳ τοῦ Τιθεοίᾳ.

Μεμβρανα 2. Tim. 4. 12. Latina vox extra omnia controversiam.

Μίλιον Matth. 5. 41. Originem debet Lingvæ Latinæ; Est enim à latino *Mille*, quod veteres unico L. scripsere, unde in antiquissimo Terentio Bembi *Miliens* invenitur. μίλιον hoc est adjectivum & subauditur μέτρον τῆς γῆς. Alioquin Lat. *Miliare* dicitur sic à mille passibus. Dicitur & *Lapis*, quod lapidibus in Latio essent miliaria signata.

πραιτώρειον Matth. 27. 27. quod Marcus C. 15. 16. explicat per αὐλὴν, Nomen Latinum significans domum publicam, in qua Prætor jus dicebat. Prætor itaque Romanus hoc vocabulum iuna curti

Imperio secum in provincias attulit.  
 Σεκάπιος Act. 21. 38. Vox extra dubium Latina, verum ad Normam Græcam inflexa.

Σεδάξιον & Σημιτίθιον Act. 19. 12. utrumque & originem & Significatiōnem Latio debet. Subit itaqve mirari illud præcipue σεδάξιον tot virorum sudores elicuisse, cum deberet illos abs-tergere. Maximam illis parit difficultatem, qvod Luc. 19. 20. Servus ille minam sibi à Domino traditam dicitur habuisse ἀποκειμένην ēr σεδάξιον. quasi sudarii nullus alias esset usus, nisi ad sudores detergendos. Deinde ex loco Joh. 20. 7. colligunt Ebræorum sudar nihil habere commune cum sudario Latinorum, nisi qvis velit dicere mortuos extincto calido nativo sudare, interim nescii, Linteum quo usi sunt Romani, duplex fuisse Sudarium & Orarium. Quo posteriori vocabulo ulus est Ambrosius de Lazaro resuscitato sic loquens Audivit defunctus, & exivit monu-  
 mento ligatus pedes, & facies ejus erat  
 Ora-

Orario colligata. Joh. II. 44. Sudarium itaque in his locis per Synecdochem posatum est pro Orario, quod vel in Cit. I. Act. 19. 12. patet ex ἐξευητικῷ prioris vocabuli τὸ σημικνθίς, qvod Hesychius ita explicat: σημικνθία, ζωάρα, ιογίεια (vocem à latinis mutuat) τῶν iepéων. Semicinctum tamen credibilius sic dicitur, qvod anteriorem partem corporis à Cingulo ad pedes præcingat. Sic enim Osiander in sua Paraφρασις Sudaria & Semicinctia puto fuisse linteum bene lata, qvibus Paulus circa femora cinctus erat: Ejusmodi linteum solent Opifices gerere; Paulus enim fuit Textor tabernaculorum. Et ita rectius scribitur σημικνθίον, qvam σημικνθία, ut habent qvidam codices.

Σπικλάτωρ Marc: 9. 27. Unam literam habet mutatam, ut peregrinæ voices mutantur de facili. Dicitur enim à spiculo Spiculator Lat. & propriè significat δόρυφόρον οἱ qui spiculum gestat. Verum h. l. significat Carnificem, qvod vel verbum δόπονεφαλίζειν subinnuit.

Ταῦθεννη Act. 28. 15. Fit ibi mentio cuiusdam Loci ad Romanam prope forum Appium.

Τίτλος Joh. 19. 19. Latina etiam vox passa syncopen Gr. ἐπιγένεσις. D. Olearius in sua Dissert. dicit rectius dici ἀπόστολος, quod est ex πάπιος, unde & παπικός. Verum de hac re aliorum esto iudicium.

Φαιωλῆς, vel secundum variantes Letiones, Φαιλόνης, vel Φαιλώνης vel Φελόνης penula 2. Tim. 4. 13. Beza in hunc locum sic: *In hoc loco scribendo non convenit librariis; Nam in nonnullis libris legitur Φαιλόνη, in aliis etiam Φελόνη. Sed quid sit Φελόνη, varie tradunt: Volum quidam esse non penulam, sed scriniolum: quidam vero volumen: Ego non modo existimo penulam esse, qua pro pallio utebantur veteres, sed etiam suspicor Romanum esse vocabulum Φελόνην Metathesi literarum corruptum. Hæc ille bene quidem alioquin, verum in eo falsus, quod putarit Φελόνην esse femininum. Et ni fallor, ex non insperato textu, obortus est hic error. Stephanus*

phanus autem in suo Thes. dicit Athenaeū non habuisse hoc ipsum pro vocabulo Romano. Sic Olearius etiam, à Lacedæmoniis & Doribus vocem cum re accepisse dicit Tarentinos & magnæ Græciæ Incolas, à qvibus deinde ad Romanos pervenit. Eligat B. L. utram velit sententiam.

*Φόρος* Act. 28. 15. Latinum, qvia sermo est de Appio foro.

*Φεγγέλιον* Flagellum & *Φεγγέλημα* flagellare à *flagro*, qvod juxta Varonem est à Venti flatu; rectius autem à *Φλέγω*, interto ḡ. Civitate Attica donatum est à Scholiast. Aristoph. dum iuritas exponit λόργες καὶ *Φεγγέλια*. Sic & apud Etymologum dicit Steph. scriptum esse *Φεγγελῶ*. Quidquid sit, videtur tamen hoc *Φεγγέλιον* origine proximâ esse Latinum. Græci enim in hac peregrina voce mutarunt λ in ḡ ex more lingvæ suæ, qvæ concursum trium λαυθδα respuit. Vid. Pasorem in hoc ipso vocabulo.

## §. XI.

**A**tque hactenus de singulis vocibus dictis lunto, quæ plures quin dentur nullus dubito. Verum quod vulgo Latinis quoque annumerent λίτρα ex Joh. 12. 13. Item 19. 39. Modicor ex Matth. 5. 15. εἰς τὸν ex Mar. 7. 4. Περπερέωμαι ex 1. Cor. 13. 4. Πέδαν ex Apoc. 18. 13. Vix adducor ut credam illa esse Latina. Attamen si quid regeri possit, publica fortè συλληπτική solvet nodum. Cæterum quæ vocabula Origine sunt Græca, sed usu jam facta latina, qualia itidem plura reperies in N. T., eadem ratione in hunc censum referri non merentur. Itaque rectâ jam ad Phrases N. T. Latinissantes progredimur.

## §. XII.

**P**hrasium N. T. Latinissantium prima occurrit Matt. 19. 10. Ubi hæc habentur verba: Εἰ ὢτως εσίν εἰ αἴσια τῷ ἀνθρώπῳ μεῖζα τῆς γνονοῦχος, καὶ σὺν φέρει γάμον. Vox αἴσια in hoc dicto non significat causam vel Crimen, ut semper & passim apud Profanos, sed Conditionem, ea plane signi-

gnificatione, qva Cicero pro Lege Agraria dicit: *Soluta in meliore causa sunt, quam obligata.*

2. Matth. 18. 23. Assimilatur ἡ βασιλεία τῶν χρεων ἀνθρώπῳ βασιλεῖ, ὃς οὐδέληπτε συνέργει λόγον μετὰ τῶν δέλων αὐτῷ. In Phrasī συνέργει λόγον, qvæ nusquam legitur apud ullum profanum, purus putus est Latinismus. Græci pro hac utuntur διαλογίζεσθαι. Latini verò dicunt conferre rationem, vel rectius conferre rationes. In his enim loquendi generibus pluralem Numerum Latinus usurpari puto quam singularem.

3. Marc. 15. 15. Οὐ δὲ πιλάτῳ βαλόμενῷ τῷ ὄκλῳ τὸ ικανὸν ποιῆσαι. Latet Latinismus in phrasī ικανὸν ποιεῖν ο: satisfacere, præstare qvod poscitur. Nam Adjectivum ικανὸς ο: sufficiens in Neutro adverbiascit, quod solis pueris ignotum, & redditur Latinè *satis*, unde Latinismus. Nunquam profanos autores ita locutos fuisse reperies, verum pro hac phrasī usos ἐπιπλεῖν τὰ στράμενα. Alioquin phrasis est juridica, ejusque tunc

tuic correlatum est ix*ερντον* λαβειν Act. 17. 9. itidem Latinorum more dictum pro satis accipere : accipere aliquid compertum & firmum, velut iudicis sponsoribus & fidei iustoribus. Sic enim Plautus in Mostell. Act. I. Si accepimus sat habes tibi fone illum omnium Sempernum. Item in Stich. satis abste accipiam, nisi videam mihi te amicum esse.

4. Luc. 12. 58. Δος ἐπαγγείλαντας ἀπηλάχθαις οὐτε. Novè dictum, dicit Steph. in suo Thes. Non enim interpretanda est vox εργασία per Lacrum, quasi de suo aliquid relinqueret, sed εργασία δεναι rectè redditur dare operam, ideoque Latinismus lapit. Græci dicunt σπεδάζειν.

5. Luc. 14. 18. Εχω ἀνάγκην ἔχειν, εἰσιτῶ τε, εχει με παρηκμένον. Multos hic Latinismos conglomerari, dicunt Philologi. Ανάγκην εχω quod attinet, verus est Latinismus. Græci enim dicunt, αναγκαῖον μοι εστι. Item γενήσεται μοι ανάγκη. Sed Latini Necessæ habeo, ut Ter. in Hecat. Non necesse habeo omnia pro meo jure agere. Verum de verbo εργάζομαι & varia

31

ria ejus constructione apud Evangelistas, vide sis H. Steph. Tom. I. p. 1904. Cujus verbis adducor, ut potius adfirmem, illud ἐρωτῶ σε esse Græcismum, quam ut queat inter Latinismos numerari. Si quædam protritæ loquelæ apud Scriptores N. T. occurruunt, non existimandum est eos vel primos vel solos illis vocabulis usos fuisse, sed ea fine delectu ex iis potius, quorum minus purus sermo esset, quam ex aliis sumpsiisse. Sic quoque sentiendum de hoc ἐρωτῶ, quod si in precandi significatione vix fortassis in ulla aliis extet eorum, quæ ex veteribus hodie Eruditorum teruntur manibus; causa in eo est, quod non omnes habemus Auctores, qui Græcè scripserunt. Si enim inquit Salmasius, omnes extarent, nulla vox tam μονῆς esset in Novo Fædere, quin χρῆσις ejus ex aliquo auctore, qui perii, confirmari posset. Denicē videtur & nobis illud ἔχε με παρηγένεσθαι græcam plane sapere levitatem, si vel attendimus ad

con-

constructionem qvæ merè græca est, ut apud Isocr. in Panath. ἔχειν τελος πεποιηθευμένας. Vel qvod de eadem re ponatur apud Plutarchum & passim alibi vocabulum τὰ παρεγίθαι. Hæc præterea Verba snppeditat nobis H. Stephanus in suo Thesauro: ἐδόκει γάρ νυκτὸς ὁὐρῶν Κάισαρος εἰς δεῖπνον καλεῖσθαι παρεγίθημεν δὲ ἀγεθαῖ τὸ χειρὸς ὑπ' αὐτοῦ, μὴ βγλόμενοι. qvæ locum nostrum non leviter illustrant.

6. Luc. 15: 17. Εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐλθὼν κῆλα. Phrasis apud alios scipores haud temere obvia. Latini verò Metaphoricè dicunt, illum redire ad se, qui ad bonam mentem reddit, qui se & sua facta considerat, & ab exteriore divagatione veluti domum revertitur, item qui ab Ebrietate gravique somno velut exergiscens, sur compos redditur.

7. Luc. 18. 5. ἵνα μὴ εἰς τέλος ἐρχομένη ὑπωπάζῃ με. In Catachrestica verbi ὑπωπάζειν Metaphorâ Latinismus latere videtur. Latinis enim obtundere, est ad fastidium aliquid repetere. Verum de hoc judicent alii.

8. Joh.

8. Joh. 1. 22. Τίς εἶ, ἦν ἀπόκοιτον δῆμεν  
τοῖς πέμψασιν ἡμᾶς; Απόκρισιν δύναι apud  
nullum profanum Auctorem datur, sed  
apud Latinos passim dare responsum.  
Hujus loco invenies apud profanos από-  
κρισιν πιεῖθαι & απόκρισιν λαβεῖν.

9. Rom. 12. 19. Δότε τόπον ἔργη. Sic Luc.  
18. 9. δὸς τάχα τόπου. Purus putus Latini-  
smus, pro quo Græci dicunt οὐδε-  
χωρεῖθαι.

### §. XIII.

Sed hic forte subsistendum. Quæ ve-  
ro aliæ phrases vulgò pro Latinis-  
mis venditantur, ut cum Matth. 22. 40.  
dicitur ἐν τάχα κρέμανται. &c. Act. 15. 33.  
2. Cor. 11. 25. & Jac. 4. 13. χρόνον πιεῖν, pro  
commorari, qvod Græci διατρίβεν appellant,  
Phil. 1. 22. καρπὸς ἔργα &c. Latinis-  
mi non sunt, sed κοινοὶ, qui minus  
rectè in Idiotismorum regione collo-  
cantur, quia eos Græci cum aliis linguis  
habent communes. Voces enim, ar-  
bitrariæ cum sint, flexione atque sono  
discrepant, phrases tamen sæpen umero,  
quia naturales sunt, apud gentes ἔπειρα

γλώττας eadem inveniuntur. Sæpe ignorantia Græciæ mater est Latinis; sæpe domi nascuntur, quæ ceteris imputantur. Verba sunt Danhaveri Herm, Sacr. ubi multò plura talium κονσερβῶν profert exempla, in quibus utrum Græci Latinos sint imitati, an verò hi illos, tuto non constat.

### §. XIV.

**C**oronidis loco non immerito disquiritur, An stylus N.T. bac' Latinismorum enumeratione Barbarismis & Soloecismis possit dici refertus? Absit à Christiano cordato, ut hanc foveat opinionem de singularissimo styli Exemplo, singularique Dei consilio ad singulares usus destinato, ubi ipsa effectus novitas & idiomæ cautio rem videtur & profundiorum νέστων postulare. Evidetum est, argumentis satis firmis Lingvam Græcam tunc temporis Idiotismis Romanæ L. mixtam fuisse easque pro suis agnovisse. Constat etiam Apostolos illud genus loquendi (excepto miraculo illo lingvarum usu die pentecostes) debuisse usui quotidiano, cui le Spiritus S. attem-

attēmperavit, cum ut hac varietate dēlectaret, tum ut cum vulgo vulgariter loqueretur; ut loqvuntur Theologi. Sic Meisnerus in Disp. de Majestate S. S. Non infusa, inquit, peculiaria & ante incognita sanctis Dei hominibus, sed plerumq; usualia, & sermone communi, trita à S. S. assumpta, & ad hanc vel illam materiam exprimendam determinata & applicata statuimus. οτω γδ παδιως τὰ ὑπὲρ αὐτὸς νοῆσε ηδύναται, dicit Isidorus Pelusiota Lib. 2. Epist. 5. Qvis igitur absque blasphemâ dixerit, S. Sanctum Lingvarum datorem & statorem, qui σόμα καὶ σφία largitus est Apostolis : qui non sensum modo sed & ipsas voces & constructiones sanctis Dei viris inspiravit, aut saltim Lingvam & verba direxit, barbarismos & Soloecismos, prout in proprio significatu, vitii & ruditatis sunt nomina, non artis & rationis, textui sacro insinuasse? Si vocabula quædam non græca urseris, responsus ero, eādem operâ omnes etiam probatissimos scriptores Græcos Latinosq; βαρβαρομῶν insimula-

34  
mulari, qui tamen voces interdum & b  
construetiones insolentiores, E. g. Plauti;  
& Terentii multas Archaizantes, gra-  
vi de caula, sine ullâ tamen barbarie  
usurparunt. Sufficit in stylo N. Testa-  
menti, ubi alienor est à profano, verba  
si non semper ad scripta merè Græco-  
rum, saltim ad regulas aliarum lingua-  
rum quadrare, vel si expressius dicen-  
dum, aliorum hominum, qui priores re  
Apostolis non sine auctoritate locuti si  
fuere.

### s: XV.

Sed nec inventum probo Scaligeri & sa  
Heinsii virorum alioquin incompa-  
rabilium, qui ob mixturam aliorum I-  
diotismorum, non contenti, stylum N.  
Testamenti, à cæterâ græcitate esse se-  
paratissimum, Novam plane Lingvæ  
speciem, Hellenisticam dictam, Helle-  
nisticis five Judæis extra Palaestinam de-  
gentibus usitatam, tantumque à Græcâ  
illa communi politâ distarem, quan-  
tum Italica hodierna differt ab antiquâ  
Latina, invitis & inasfvetis seculi auribus  
ob.

51

btrudere conati sunt. Cum enim nulla  
it gens, nulla regio, in qua viguerit,  
nulla item Hellenisticæ Lingvæ apud  
eteres fiat mentio, que amadmodum  
æc prolixè dedit, qui se Hellenisti-  
ariis fervidè opposuit, Salmasius in  
Comment. de Ling. Hellen. item Funere  
& Officiale L. Hell. Non possum, quin  
tam, ut meram fabulam, auctoribus suis  
relinquā, contentus stylum N. Testamenti  
i aliquo nomine sit insigniendus, cum  
Pfeiffero ex Herm. ejus sacra, appellasse  
potius ab Auctore *Græcum sacerum* o: a  
sacris Scriptoribus ex instinctu Spiritus  
Sancti stylo facro V. Testamenti maxi-  
mam partem attemperatum, quam vel  
Hellenisticum vel *SemiEbraicum* vel *Ebraeo-Græ-  
cum* vel *Ebraizantem*, ne dum *Græcum corrup-  
tum* vel *Græco-Barbarum*. Postiores e-  
nim duæ appellationes prorsus impiæ  
essent, priores verò minus convenientes  
vel certe non sufficienes.

*Hic finis esto, ne quis nobis oggerat Callimachus,*  
*Mējōs βίβλιον, μεγα κανόν.*

T. Θ. Δ.

Ad

Ad Clarissimum virtute & ingenio  
Virum furenam

DN. GEORGIUM HELSINGIUM  
Gym. Wiburg. Lectorem solertissimum  
Philos. Candidatum dignissimum.

Προσφώνησις

Εμμενε οὐν Μάσων σπεθή παιδεύτη  
ταῖρε,  
λαμπεῖν, πίευσαν, δώσει τοι ε οὐ Θεό<sup>ακήν.</sup>

Amico amice scripsi  
LAUR: TAMMELIN.

Aliud.

Sic non fallendæ cure, sic ordine ductæ  
Omnes explendæ spes celebris Patriæ.  
Perge bonis avibus. Patriæq; Tuisq; DEOq;  
Officium præsta pectore, voce, manu.

Dab. ex aulâ Kym-  
menensi d. 6. Oct.

1694.

GUSTAVIUS GÖRGER

